



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Originvm Monasticarvm Libri IV.

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1620

Cap. XXXII. De Ordine Equitum S. Mauritij, & S. Lazari in Sabaudia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11249

sensu, non ad *Iacobi I.* cognomento *Fortunati*,
 vt *Volaterranus*, *Bugianus*, & *Morigia* per
 errorem fecere, sed ad *Iacobi II.* *Aragonie*
 Regis tempora huius equestris militiae initia
 referunt. Ex quibus patet & *Onuphrium*
Panuinium, in *Chronico suo Ecclesiastico*, i-
 sta perperam anno Christi 1233. adscribere.

CAPVT XXXII.

*De Ordine Equitum Sancti Mauritiij
 & S. Lazari, in Sab-
 audia.*

1572. Equites S. Lazari multa olim habuerunt
 prædia apud Sabaudos & Pedemontanos.
 Quæ omnia possident hodie Equites Ordi-
 nis S. Mauritiij & Sancti Lazari, concedente
 Gregorio XIII. Papa; qui vtrumque ordi-
 nem coniunxit anno 1572. & Ducem Sabaudie
 perpetuum creauit Magistrum generalem.
 Gestant Equites isti crucem viridem limbo
 candido conclusam, in cuius medio altera
 crux, videlicet S. Mauritiij visitur.

Fuit autem ordo S. Mauritiij sub regula
 Cisterciensi anno 1572. xvi. Kalend Octo-
 bris per Gregorium XIII. contra Hære-
 ticos institutus, seu renouatus: cum quo
 idem Pontifex anno eodem, Idibus No-
 uembris, vniuit & annexuit ordinem E-
 qui-

quitum Hospitalariorum sancti Lazari Hierosolymitani, sub regula Sancti Augustini militantem: ut ex dicti ordinis vtriusque vniti Priuilegijs Taurini editis certò didici.

CAPVT XXXIII.

Ordo monachorum S. Basilij, in Gracia, Asia, alijsque Orientalis Ecclesie prouincijs olim florentissimus.

Basilus nobilis Cappadox, Athenis vnà cum Gregorio Nazianzeno, sibi amicissimo, sæcularibus litteris, deinde in monasterio sacris mirabiliter eruditus, eū breui cursum fecit ad omnem doctrinæ & morum excellentiam, ut inde Magni cognomen inuenit. Is ad prædicandum Iesu Christi Euangelium in Pontum accersitus, eam prouinciam à Christianis institutis aberrantem ad viam salutis reuocauit: mox ab Eusebio Cæsareæ Episcopo ad erudiendam eam ciuitatem adiutor adhibetur: in cuius locum postea successit. Is filium Patri consubstantialem esse in primis defendit, ac Valentem Imperatorem sibi iratum miraculis adeò flexit, ut incumbentem ad voluntatem